Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ier. Vel duos cecos plurimi phariseos
et saduceos intelligunt. Vel alii duo ceci
sedentes iuxta viam signant devotos ex po-
pulo quosdam iam credentes per fidem dominice
incarnationis temporalis sed quia Christi via erant desi-
derantes illuminari. id est ad deitatis eius altitu-
dinem intelligendam. Et transeuntem Ihesum per fidem acce-
perant. id est per meritum fidei qua crede-
bant filium dei et natum passum pro nobis per hanc
eius dispensationem que transiit. Pro actione temp-
oralem erat. oportebat autem ut clamarent. Conver-
santium sibi turbe strepitum vincentes
id est tam perseverando animum intendentes orando
atque pulsando. quibus consuetudine non de-
siderior carnalium que transiit turba obsi-
stit et cognitionem lucis eternitatis etiam viden-
tibus vel ipsam penam carnalium tur-
bam studia spiritualia interdicere fortis-
simus intentione superaverunt. Aug. Bonos
christianos volentes facere precepta dei et aut ani-
malia tepidi prohibent. clament tamen ille
non deficiant. Cum quis christianus ceperit
bene vivere inimicosque contemnere, ipsa
sui novitate patitur reprehensores fri-
gidos christianos. sed si perseveraverint, ipsi
iam obsequuntur qui ante prohibebant.
Aug. Itaque audiens Ihesus et pulsan-
ti aperiet. Sanans eos tangit atque illuminat.
Et enim fides incarnationis temporalis ad eter-
na intelligenda nos preparat, transeunte
Ihesu admoniti sunt ut illuminarentur et ab
eo stante illuminati sunt: temporalia enim transe-
unt, eterna stant. Criso. Quidam inter-
pretantur duos cecos: gentiles unum ex
cham, alium ex iaphet. qui secus viam se-
debant. id est iuxta veritatem conversabantur
sed veritatem invenire non poterant. vel secus
viam sibi consistentes. id est notitiam
ubi non deum acceperant. Raban. Agnita
est fama nominis Christi principes eius et seque-

bantur Christum dicebant. vel ita. primo vi-
debat ut sacrificiis legum diviniarum. gentiles
persecutione instabant. vel tamen qui adven-
tum erant preordinati saluti, sed parum
valebant. Criso. Concessit et gentium
oculos invisibiliter tetigit Ihesus dans eis gratiam
spiritus sancti que illuminat cecitatem sicut eum operibus
vivus. Aug. Et nos quoque sedentes iuxta
scripturarum viam et intelligentes in qui-
bus ceci sumus. si exactum peterent: tan-
get oculos animarum nostrarum et recedet
a sensibus nostris tenebra ignorantie
ut videamus a sequamur qui dedit nobis
posse videre. per misericordiam. Ergo non ut eum
sequamur. Remi. Narravit superius euangelista
dominum egressum
a galylea et cepisse ascendere Ierosolimam. Post
quam quoque narravit
quid in via gesserit tam incepta
intentione perseverans dicit. Et
cum appropinquasset Ierosolimis
et venisset Bethfa-
ge et cetera. Bethfage
viculus fuit sacerdotum situs in
latere montis
oliveti. distans
uno miliario
ad Ierusalem. Sacer-
dotes enim qui per
certos dies in tem-
plo deserviebant
completo officio
virtutis sue illuc

Et cum appropinquasset
Ierosolimis et
venissent
Bethfage
ad montem
oliveti. Tunc
Ihesus misit
duos disci-
pulos dicens
eis. Item
castellum